UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XCII. Contritio ex timore pœnæ ortanum sit bona?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

baptizamur, ſimilitudini mortis Chriſti conformamur: at Chriſtum oportuit ſemel tantum crucifigi; ergo & nos ſemel Pœnitentiâ baptiſmali renouari. *Sic* intelligitur hoc *Heb. 10.* Non relinqui hoſtiam, id eſt, non alium fore Chriſtum crucifigendum. Ita Chryſ. Amb. Iſtud: *Peccatum ad mortem*, dicitur, perſeuerans ad mortem: Ita *Aug. l. de corrept. & grat. c. 12 Amb. &c.* Et pro tali; ait Hieron *l. 1. contra Iouin.* difficulter exauditur oratio: *Quis autem ſcit*, ait, *fratrem peccare ad mortem*.

QVÆSTIO XCIII.

Contritio ex timore pœnæ num bona ſit?

LVTHERVS initio docuit, Timorem ſeruilem, (quo ſolius pœnæ metu à peccato abſtinetur, aut de eo doletur) facere hypocritas, & magis peccatores.

LVTHERANI cæteri, & CALVINIANI affirmāt Vtilem eſſe, vt initium pœnitentiæ.

SVADET Lutherus iſtis, *in ſerm. de pœnit & in aſſert art 6.* 1. Contritio ex metu legis violenta eſt, vt extorta; ideo auget peccatum; quia remoto mandato placeret peccatum. 2. Odium peccati, ortum ex metu, non eſt verum odium; ſed verum eſt, quod ex amore iuſtitiæ oritur. Vnde illud non promanat ex ſincero corde: ideo hypocritam facit. 3. Quia timor ſeruilis eſt inordinatus; cùm pœnam magis, quàm culpam timeat.

AVTOR. Ex Timore pœnarum orta contritio, eſt bona. 1. Teſte Sacra Scriptura: quæ docet timorem ſeruilem præcedere dilectioni in conuertendis: ideoque incutit timorem, vt pœnitentiam meditentur conſcii: Et illum à Deo inſpirari aſſerit. 2. Ita Traditio Eccleſiæ, Sanctique Patres. 3. Ratio: Quia naturale eſt timere malum Gehennæ, quod accidere poteſt. Deinde aut volūtatem, aut opus coërcet à malo: quod bonum. Demum ille timor eſt vnum è 7. donis S. Spiritus, vt initium ſapientiæ. Ita S. Patres.

DICO AD I. Non eſt coactum, quod deliberato ſuſcipitur ac liberè; vt hic timor, vtpote à Deo inſpiratus; Deus autem non poteſt autor eſſe peccati vel hypocriſios. Quod ſi is ſolum opus impediat peccati, bonus eſt, ſed non contritio; ſin & opus & Voluntatem, contritio fit.

AD II. Dolor de peccatis ob timorem non eſt perfectum odium; ideo id vocamus Attritionem, non Contritionem.

AD III Imperfectus eſt, vt incipientes ab imperfectis ad perfectiora perueniamus. Et ſeruiliter timentes, mali ſunt; nō ipſe timor ſeruilis, quia etſi ſit in peccatore; non tamen eſt peccatum, aut cauſa peccati; ſed obſtaculum peccandi.

QVÆSTIO XCIV.

Confeſſio *an ſit neceſſaria iure diuino coram Sacerdote?*

LVTHERVS *l. Capt. Babyl. c. de pœn.* Confeſſionem ſecreta eſt vtilis, ac neceſſaria; Sed 1. Probari non quit ex S. ſcripturis. 2. Neceſſe non eſt confiteri omnia Sacerdotibus. 3. Reprobat circumſtantiarum Confeſſionem. 4. *In Serm. de pœn.* Confitenda eſſe non Venialia; nec Mortalia omnia; ſed tantum manifeſtè mortalia: Alioquin, *art. 9.* nihil relinquimus Deo ignoſcendum. 5. *In ſerm. de Confeſſ.* anno 1520. Confeſſionem Sacerdotibus fieri ſolitam, eſſe à Papa [illegible] tam ſolo Melancht. *in Conf. Aug.* Enumerationem peccatorum eſſe omnium impoſſibilem.

II CALVINVS Inſt. l. 3. c. 4 § 7. *Miror quâ fronte auſint contendere, Confeſſionem [illegible] eſſe diuini. Cuius equidem vetuſtiſſimum [illegible] eſſe fatemur; ſed quem facile euincere poſſim [illegible] ſe liberum.* Et § 11. *Confeſſionem Generalem admittit Miniſtro faciendam in Eccleſia.* Et §. 12. *Priuatam quoque coram Paſtore, cùm quis ſic angitur, vt explicare conſcientiam ſolus*